maledicentes autem ei dispibunt.
pud dominum gressus hominis
dirigetur. et uiam eius uolet.
um ceciderit non collidetur. quia
dominus supponit manum suam.
unior fui etenim senui et nõ uidi
iustum derelictum. nec semen e
ius querens panem.
ota die miseretur et comodat. et
semen illius in benedictione erit.
eclina a malo et fac bonum. et i
habita in sel~m secul~i.
uia dñs amat iudiciũ et non deli

quet sc̄os suos in et̄nū cōseruabūt̄.
Iniusti punient: et sem̄ impioꝝ ꝑibit.
Iusti autem hereditabunt terrā: et
inhabitabunt in sec̄lm sec̄li sup ea.
Os iusti meditabitur sapientiam:
et lingua eius loquetur iudiciū.
Lex dei eius in corde ipsius: et non
supplantabuntur gressus eius.
Considerat peccator iustum: et que
rit mortificare eum.
Dominus autem non derelinquet
eum in manibꝫ eius: nec damp
nabit eum cum iudicabit illi.
Expecta dn̄m et custodi uiam eius
et exaltabit te: ut hereditate ca
pias terram cum perierint pecca
tores uidebis.

Vidi impium superexaltatum: et
eleuatum sicut cedros libani.
Et transiui et ecce non erat: quesi
ui eum et non est inuentus locus eius.
Custodi innocentiam et uide equita
tem: quoniam sunt reliquie homini pacifico.
Iniusti autem disperibunt: simul
reliquie impiorum interibunt.
Salus autem iustorum a domino: et pro
tector eorum in tempore tribulationis.
Et adiuuabit eos dominus et liberabit
eos et eruet eos a peccatoribus: et
saluabit eos quia sperauerunt in eo.



Domine ne in furore tuo
arguas me: neque in ira
tua corripias me.
Quoniam sagitte tue infixe

sunt m̄i : et ɔfirmasti sup̄ me manū
tuam N on est sanitas in carne
mea a facie ire tue non est pax ossi
bȝ meis : a facie peccatoꝝ meorum .
Q m̄ iniquitates mee sup̄gresse sunt
caput meum : et sicut onus graue
grauate sunt super me .
P utruerunt et corrupte sunt cycatri
ces mee : a facie insipientie mee .
M iser factus sum et curuatus sum
usqȝ in finē : tota die ɔtristat' īgredie
bar Q m̄ lumbi mei īpleti sūt illu
sionibȝ : et nō est sanitas ī carne mea .
A fflictus sum et humiliatus sum ni
mis : rugiebam a gemitu cordis mei .
D n̄e ante te om̄e desideriū meū : et ge
mitus meus a te non est absconditꝰ .

or meum conturbatum est dere
liquit me uirtus mea: et lum̄
oculoꝝ meoꝝ et ipm̄ non est meū.
A mici mei et ꝓximi mei aduersū
me: appropinquauer̄t et steter̄t.
t qui iuxta me erant delonge
steterunt: et uim faciebant qui
querebant animam meam:
t qui inquirebant mala mi lo
cuti sunt uanitates: et dolos
tota die meditabantur.
go autem tanquam surdus nō
audiebam: et sicut mutus non
aperiens os suum.
t factus sum sicut homo non
audiens et non habens: in ore
suo redargutiones.

Quoniam in te domine speraui: tu ex
audies me domine deus meus.
Quia dixi nequando supergaudeant
michi inimici mei: et dum com
mouentur pedes mei super me mag
na locuti sunt.
Quoniam ego in flagella paratus: et do
lor meus in conspectu meo semper.
Quoniam iniquitatem meam annun
tiabo: et cogitabo pro peccato meo.
Inimici autem mei uiuunt et
confirmati sunt super me: et
multiplicati sunt qui oderunt
me inique.
Qui retribuunt mala pro bonis
detrahebant michi: quoniam
sequebar bonitatem.

Ne derelinquas me domine deus
meus: ne discesseris a me.
Intende in adiutorium meum:
domine deus salutis mee.



Dixi custodiam uias meas: ut non delinquam in lingua mea.
Posui ori meo custodiam: cum con
sisteret peccator aduersum me.
Obmutui et humiliatus sum 7

silui a bonis: et dolor meus re
nouatus est.
Concaluit cor meum intra me: et in
meditatione mea exardescet ignis.
Locutus sum in lingua mea: no
tum fac mihi domine finem meum.
Et numerum dierum meorum
quis est: ut sciam quid desit mihi.
Ecce mensurabiles posuisti dies
meos: et substantia mea tan
quam nichilum ante te.
Verumptamen uniuersa uanitas:
omnis homo uiuens.
Verumptamen in ymagine pertransit
homo: sed et frustra conturbatur.
Thesaurizat et ignorat: cui con
gregabit ea.

Et nunc que est expectatio mea
nōne dominus: et substantia
mea apud te est.
Ab omnibz iniquitatibz meis e
rue me: obprobrium insipienti
dedisti me.
Obmutui et non aperui os meū:
qm̄ tu fecisti amove a me plagas
tuas. A fortitudine manus tue
ego defeci in increpationibz ppt
iniquitatē corripuisti hominē.
Et tabescere fecisti sicut araneā
animam eius: verumptamen
vane conturbatur omnis homo.
Exaudi orationem meam dn̄e
et dep̄cationem meam: auribz
percipe lacrimas meas.

Ne sileas qm̄ aduena ego sum
apud te: et peregrinus sicut om
nes patres mei.
Remitte m̄ ut refrigerer priusq̄
abeam: et amplius non ero.
Expectans expectaui
dominum: et inten
dit michi.
Et exaudiuit preces
meas et eduxit me de lacu mise
rie: et de luto fecis.
Et statuit supra petram pedes me
os: et direxit gressus meos.
Et immisit in os meum canticū
nouum: carmen deo nr̄o.
Videbunt multi et timebunt: et
sperabunt in domino.

Beatus uir cuius est nomen domini
spes eius: et non respexit inuani
tates et insanias falsas.
Multa fecisti tu domine deus meus
mirabilia tua: et cogitationibus
tuis non est quis similis sit tibi.
Annunciaui et locutus sum: mul
tiplicati sunt sup numerum.
Sacrificium et oblationem noluisti:
aures autem perfecisti michi.
Holocaustum et pro peccato non po
stulasti: tunc dixi ecce uenio.
In capite libri scriptum est de me:
ut facerem uoluntatem tuam
deus meus uolui: et legem tuam in
medio cordis mei.
Annunciaui iusticiam tuam in

ecclesia magna: ecce labia mea
non ꝓhibebo domine tu ſciſti.
Iuſticiam tuam nõ abſcondi ĩ corde
meo: ueritatẽ tuã et ſalutare tuũ
dixi. Non abſcondi miſericordiam
tuam: et ueritatẽ tuam a conſi
lio multo.
Tu autem domine ne longe facias
miſerationes tuas a me: mĩa
tua et ueritas tua ſemp̃ ſuſcepe
runt me.
Qm̃ circumdederunt me mala quoꝝ
non eſt numerus: compꝛehende
runt me iniquitates mee: et
non potui ut uiderem.
Multiplicate ſunt ſup̃ capillos ca
pitis mei: et cor meũ dereliqͥt me.

Complaceat tibi domine ut eruas me:
domine ad adiuuandum me respice.
Confundantur et reuereantur simul
qui querunt animam meam:
ut auferant eam.
Conuertantur retrorsum et reuerea-
tur: qui uolunt michi mala.
Ferant confestim confusionem suam:
qui dicunt michi euge euge.
Exultent et letentur super te omnes
querentes te: et dicant semper
magnificetur dominus: qui
diligunt salutare tuum.
Ego autem mendicus sum et pau-
per: dominus sollicitus est mei.
Adiutor meus et protector meus tu
es deus meus ne tardaueris.

Beatus qui intelligit su
per egenum et paupe
rem: in die mala libe
rabit eum dominus.
Dominus conseruet eum et uiuifi
cet eum et beatum faciat eum in
terra: et non tradat eum in ani
mam inimicorum eius.
Dominus opem ferat illi super lec
tum doloris eius: uniuersum stra
tum eius uersasti in infirmitate eius.
Ego dixi domine miserere mei: sana ani
mam meam quia peccaui tibi.
Inimici mei dixerunt mala mihi: quando
morietur et peribit nomen eius.
Et si ingrediebatur ut uideret ua
na loquebatur: cor eius congre

gravit iniquitatem sibi.
Egrediebatur foras: et loquebatur
in idipsum.
Adversum me susurrabant omnes
inimici mei: adversum me cogi
tabant mala michi.
Verbum iniquum constituerunt adver
sum me: numquid qui dormit non
adiciet ut resurgat.
Etenim homo pacis mee in quo spe
ravi: qui edebat panes meos mag
nificavit super me supplantationem.
Tu autem domine miserere mei: et resus
cita me et retribuam eis.
In hoc cognovi quoniam voluisti me: quoniam
non gaudebit inimicus meus super me.
Me autem propter innocentiam sus

scepisti et confirmasti me in con
spectu tuo in eternum.
Benedictus dominus deus isrl' a sclo
et in seculum fiat fiat.
Quemadmodum deside
rat ceruus ad fontes
aquarum: ita desiderat
aīa mea ad te deus.
Sitiuit anima mea ad deum fontē
uiuū: quando ueniam et appa
rebo ante faciem dei.
Fuerunt mi lacrime mee panes
die ac nocte: dum dicitur michi
cotidie ubi est deus tuus.
Hec recordatus sum et effudi ī me
animam meam: qm̄ transibo
in locum tabernaculi: admira

bilis usq: ad domum dei.
In uoce exultationis et confessi
onis: sonus epulantis.
Quare tristis es anima mea: et
quare conturbas me.
Spera in deo quoniam adhuc co
fitebor illi: salutare uultus mei
et deus meus.
Ad meipsum anima mea contur
bata est: propterea memor ero tui
de terra iordanis: et hermonium
a monte medico.
Abyssus abyssum inuocat: in uo
ce cataractarum tuarum.
Omnia excelsa tua et fluctus tui:
super me transierunt.
In die mandauit dominus mi

ſericordiam ſuam: et nocte canticū ei.
Apud me oratio deo uite mee: dicam
deo ſuſceptor meus es.
Quare oblitus es mei et quare ꝯtriſta
tus incedo: dum affligit me inimicus.
Dum confringuntur oſſa mea exp
robrauerunt michi: qui tribulant
me inimici mei.
Dum dicunt michi ꝑ ſingulos dies:
ubi eſt deus tuus: quare triſtis es
aīa mea et quare ꝯturbas me.
Spera in deo quoniam adhuc con
fitebor illi: ſalutare uultus mei
et deus meus.
Iudica me domine et diſcerne cau
ſam meam de gente non ſancta:
Ab hōie iniquo et doloſo erue me.

Quia tu es fortitudo mea quare me
repulisti et quare tristis incedo:
dum affligit me inimicus.
Emitte lucem tuam et ueritatē
tuam ipsa me deduxerunt et ad
duxerunt in montem sanctum
tuum: et in tabernacula tua.
Et introibo ad altare dei: ad deum
qui letificat iuuentutem meā.
Confitebor tibi in cythara deus ds
meus: quare tristis es anima
mea et quare conturbas me.
Spera in dō qm̄ adhuc cōfitebor illi:
salutare uultus mei
et deus meus.



Deus auribꝫ nr̄is audi
uimus: patres nostri

annuntiauerunt nobis.
Opus quod operatus es in dieb; eorum:
et in diebus antiquis.
Manus tua gentes disperdidit et plantasti eos: afflixisti populos et expulisti
eos. Nec enim in gladio suo
possederunt terram: et brachium
eorum non saluauit eos.
Sed dextera tua et brachium tuum
et illuminatio uultus tui: quoniam
complacuisti in eis.
Tu es ipse rex meus et deus meus:
qui mandas salutes iacob.
In te inimicos nostros uentilabimus
cornu: et in nomine tuo sperne
mus insurgentes in nobis.
Non enim in arcu meo sperabo: et gladius

dius meus non saluabit me.
Saluasti enim nos de affligentib; nos:
et odientes nos confudisti.
In deo laudabimur tota die: et in no
mine tuo confitebimur et in seclm.
Nunc autem reppulisti et confudisti
nos: et non egredieris deus in
uirtutibus nostris.
Auertisti nos retrorsum post inimi
cos nros: et qui oderunt nos diri
piebant sibi.
Dedisti nos tamquam oues escarũ:
et in gentibz dispersisti nos.
Vendidisti populum tuum sine
precio: et non fuit multitudo in
commutationibz eorum.
Posuisti nos obprobrium uicinis nris:

subsannationem et derisum hiis
qui in circuitu nostro sunt.
Posuisti nos in similitudinem gentibus:
commotionem capitis in populis.
Tota die verecundia mea contra me est:
et confusio faciei mee cooperuit me.
A voce exprobrantis et obloquentis:
a facie inimici et persequentis.
Hec omnia venerunt super nos nec
obliti sumus te: et inique non egi
mus in testamento tuo.
Et non recessit retro cor nostrum: et de
clinasti semitas nostras a via tua.
Quoniam humiliasti nos in loco afflictio
nis: et cooperuit nos umbra mortis.
Si obliti sumus nomen dei nostri: et si
expandimus manus nostras ad deum alienum.

Domine deus requiret ista: ipse enim
nouit abscondita cordis
Qm̄ ꝓpt te mortificamur tota die: e
stimati sumus sicut oues occisionis.
Exurge quare obdormis domine: ex
urge et ne repellas in finem.
Quare faciē tuam auertis: obliuisceris
inopie nr̄e et tribulationis nr̄e.
Qm̄ humiliata est in puluere aīa nr̄a:
conglutinatus est in t̄ra uenter nr̄.
Exurge domine adiuua nos: et re
dime nos ꝓpter nomen tuum.
Eructauit cor meum u
erbum bonum: dico ego
opera mea regi.
Lingua mea calam
us scribe: uelociter scribentis

Speciosus forma pre filiis hominum
diffusa est gratia in labiis tuis: prop
terea benedixit te deus in eternum.
Accingere gladio tuo: super femur
tuum potentissime.
Specie tua et pulchritudine tua: in
tende, prospere, procede et regna.
Propter ueritatem et mansuetudi
nem et iusticiam: et deducet te mi
rabiliter dextera tua.
Sagitte tue acute populi sub te cadent:
in corda inimicorum regis.
Sedes tua deus in seculum seculi: uirga
directionis uirga regni tui.
Dilexisti iusticiam et odisti iniquita
tem: propterea unxit te deus deus tuus:
oleo leticie pre consortibus tuis.

Myrra et gutta et casia a uestimentis
tuis a domibus eburneis ex quibus
delectauerunt te filie regum in
honore tuo.
Astitit regina a dextris tuis in uesti
tu deaurato: circumdata uarietate.
Audi filia et uide et inclina aurem
tuam: et obliuiscere populum tuum
et domum patris tui.
Et concupiscet rex decorem tuum:
quoniam ipse est dominus deus tuus
et adorabunt eum.
Et filie tyri in muneribus: uultum
tuum deprecabuntur omnes di
uites plebis.
Omnis gloria eius filie regis ab in
tus in fimbrijs aureis: circuma

micta uarietatibz.
Adducentur regi uirgines post eam:
Proxime eius afferentur tibi.
Afferentur in leticia et exultatione:
adducentur in templum regis.
Pro patribz tuis nati sunt t filii:
constitues eos principes super om
nem terram.
Memores erunt nominis tui domine: i
omi generatione et generationem.
Propterea populi confitebuntur tibi in e
ternum et in seclm secli.

eus noster refugium
et uirtus: adiutor in
tribulationibz que in
uenerunt nos nimis.
Propterea dum non timebimus du

turbabitur terra : et transferentur
montes in cor maris.
Sonuerunt et turbate sunt aque eorum : con
turbati sunt montes in fortitudine eius.
Fluminis impetus letificat ciuita
tem dei : sanctificauit tabernacu
lum suum altissimus.
Deus in medio eius non commouebitur : ad
iuuabit eam deus mane diluculo.
Conturbate sunt gentes et inclinata sunt
regna : dedit uocem suam mota est terra.
Dominus uirtutum nobiscum :
susceptor noster deus iacob.
Venite et uidete opera domini : que
posuit prodigia super terram.
Auferens bella usque ad finem terre
arcum conteret et confringet

arma: et scuta comburet igni.
Vacate et uidete qm̃ ego sum deus:
exaltabor in gentib; et exaltabor
in terra.
Dominus uirtutum nobiscum:
susceptor noster deus iacob.
Omnes gentes plaudi
te manib;: iubilate
deo in uoce exultatiōis.
Qm̃ dn̄s excelsus
terribilis rex magnus super om
nem terram.
Subiecit pplos nobis: et gentes:
sub pedibus nostris
Elegit nobis hereditatem suam:
speciem iacob quem dilexit.
Ascendit deus in iubilo: et domi

nus in uoce tube.
Psallite deo nr̄o psallite: psallite
regi nostro psallite.
Quoniam rex omnis terre deus:
psallite sapienter.
Regnabit deus sup̄ gentes: deus
sedet sup̄ sedem sanctam suam.
Principes ppłorum congregati sūt
cum deo abraham: qm̄ dii fortes
terre uehement̄ eleuati sunt.

Magnus dominus et
laudabilis nimis:
in ciuitate dei nr̄i in
monte sancto eius.
Fundatur exultatione uniuersa
terra: montes syon latera aquilo
nis ciuitas regis magni.

Deus in domibus eius cognoscetur:
cum suscipiet eam.
Quoniam ecce reges congregati
sunt: conuenerunt in unum.
Ipsi uidentes sic ammirati sunt
conturbati sunt commoti sunt:
tremor apprehendit eos.
Ibi dolores ut parturientis: in spiritu
uehementi conteres naues tharsis.
Sicut audiuimus sic uidimus in
ciuitate domini uirtutum: in ciuita
te dei nostri deus fundauit eam in eternum.
Suscepimus deus misericordiam tuam:
in medio templi tui.
Secundum nomen tuum deus
sic et laus tua in fines terre:
iusticia plena est dextera tua.

etetur mons syon et exultent filie
iude: propter iudicia tua domine.
ircumdate syon et complectimini
eam: narrate in turribus eius.
onite corda vestra in virtute eius:
et distribuite domos eius ut enar
retis in progenie altera.
m hic est deus deus noster in eternum
et in seculum seculi: ipse reget
nos in secula.
udite hec omnes gen
tes: auribus percipite omnes
qui habitatis orbem.
uique terrigene et filii hominum:
simul in unum dives et pauper:
s meum loquetur sapientiam: et
meditatio cordis mei prudentiam.

Inclinabo in parabolam aurem meam.
Aperiam in psalterio propositionem meam.
Cur timebo in die mala: iniquitas
calcanei mei circumdabit me.
Qui confidunt in uirtute sua: et in mul
titudine diuiciarum suarum gloriantur.
Frater non redemit redimet homo:
non dabit deo placationem suam.
Et precium redemptionis anime
sue: et laborabit in eternum: et
uiuet adhuc in finem.
Non uidebit interitum cum uiderit
sapientes morientes: simul in
sipiens et stultus peribunt.
Et relinquent alienis diuicias
suas: et sepulchra eorum domus
illorum in eternum.

Tabernacula eoꝝ ĩ pgenie ⁊ pgenie:
uocauerunt nomina sua ĩ terris suis.
Homo cum in honore esset n̄ intelle
xit: comparatus est iumentis insi
pientibȝ: et similis factus est illis.
Hec uia illoꝝ scandalum ipsis: et po
stea in orē suo complacebunt·
Sicut oues in inferno positi sunt·
mors depascet eos·
Et dominabuntur eoꝝ iusti in matu
tino: et auxilium eorum ueteres
cet in inferno a gl'a eorum·
Uerumptamen deus redimet animā meā
de manu inferi, cum acceperit me·
Ne timueris cum diues factus fu
erit homo: et cum multiplicata
fuerit gl'a domus eius

Qm cum interierit n̄ sumet omnia:
neq descendet cum eo gl'a eius.
Quia aīa eius in uita ipsius benedi
cetur: cfitebitur t̄ cum benefeceris ei.
Introibit usq in pgenies patrum
suor: et usq in eternum n̄ uidebit lum.
Homo cum in honore esset non in
tellexit comparatus est iumentis
insipientibz: et similis fcs̄ est illis.

Eus deorum dominus
locutus est: et uoca
uit terram
A solis ortu usq ad
occasu: ex syon species decoris ei'.
Deus manifeste ueniet: deus no
ster et non silebit:
Ignis in cspectu eius exardescet.

et in circuitu ei' tempestas ualida.
duocauit celum desursum : et ter
ram discernere pplm suum.
ongregate illi scos eius : qui ordi
nant testamentu ei' sup sacrificia.
t annuntiabunt celi iusticiam ei'
qm deus iudex est.
udi ppls ms et loquar isrl et testifi
cabor t : deus deus tuus ego sum.
on in sacrificiis tuis arguam te.
holocausta autem tua in conspec
tu meo semper sunt.
on accipiam de domo tua uitulos :
neq de gregib; tuis hyrcos.
m mee st omnes fere siluar : iume
menta in montib; et boues.
ognoui omnia uolatilia celi : et

pulchritudo agri mecum est.
Si esuriero nō dicam tibi: meus est enim
orbis terre et plenitudo eius.
Numquid manducabo carnes taurorum:
aut sanguinē hyrcorum potabo.
Immola deo sacrificium laudis: et
redde altissimo uota tua.
Et inuoca me in die tribulationis:
Eruam te et honorificabis me.
Peccatori autem dixit deus: quare
tu enarras iusticias meas: et as
sumis testamentū meū per os tuum.
Tu uero odisti disciplinam: et proiec
isti sermones meos retrorsum.
Si uidebas furē currebas cū eo: et cū
adulteris portionē tuam ponebas.
Os tuum habundauit malicia: et

lingua tua concinnabat dolos.
Sedens adversus fratrem tuum lo
quebaris: et adversus filium matris
tue ponebas scandalum hec fecisti
et tacui. Existimasti inique quod
ero tui similis: arguam te et sta
tuam contra faciem tuam.
Intelligite hec qui obliviscimini deum
ne quando rapiat et non sit qui eripiat.
Sacrificium laudis honorificabit
me: et illic iter quo ostendam illi
salutare dei.
Miserere mei deus: secundum
magnam misericordiam tuam.
Et secundum multitu
dinem miserationum tuarum:
dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate me
a: et a peccato meo munda me.
Quoniam iniquitatem meam ego cognosco:
et peccatum meum contra me est semper.
Tibi soli peccavi et malum coram
te feci: ut iustificeris in sermoni
bus tuis et vincas cum iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum:
et in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexisti incerta et
occulta sapientie tue manifestasti mi.
Asperges me ysopo et mundabor lava
bis me: et super nivem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudium et leticiam:
et exultabunt ossa humiliata.
Averte faciem tuam a peccatis meis:
et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me deus: et spiritum
rectum innoua in uisceribus meis.
Ne proiicias me a facie tua: et spiritum
sanctum tuum ne auferas a me.
Redde michi leticiam salutaris tui: et
spiritu principali confirma me.
Docebo iniquos uias tuas: et im
pii ad te conuertentur.
Libera me de sanguinibus deus deus salu
tis mee: et exultabit lingua mea
iusticiam tuam.
Domine labia mea aperies: et os
meum annunciabit laudem tuam.
Quoniam si uoluisses sacrificium dedissem
utique holocaustis non delectaberis.
Sacrificium deo spiritus contribulatus: cor con
tritum et humiliatum deus non despicies.

Benigne fac domine in bona uolũ
tate tua syon: ut edificentur
muri iherusalem.
Tunc acceptabis sacrificium iusti
cie oblationes et holocausta: tunc
imponent sup altare tuũ uitulos.



Quid glo
riaris
in ma
licia:
Qui po
tens es
in ini
quitate.
Tota
die in
iusticiam cogitauit lingua tua:

sicut nouacula acuta fecisti dolum.
ilexisti maliciam sup̄ benignitatē.
iniquitatē magis q̄ loq̄ equitatē.
ilexisti omnia uerba preci
pitationis: lingua dolosa.
ropterea deus destruet te in finem e
uellet te et emigrabit te de taber
naculo tuo: et radicem tuam de
terra uiuentium.
idebunt iusti et timebunt et sup
eum ridebunt et dicent: ecce ho
mo qui n̄ posuit dm̄ adiutorē suū.
ed sperauit in multitudine diui
ciarum suarum: et preualuit
in uanitate sua.
go autem sicut oliua fructifera
in domo dei: speraui in misc̄dia dī

in eternum et in sclm scli.
Confitebor tibi in sclm quia fecisti
et expectabo nomen tuum quō
bonum est: in ɔspectu scōr tuor.



ixit i
sipiens:
in corde
suo nō
est deꝯ.
Cor
rupti
sunt
et ab
homi
nabiles facti sunt in iniquita
tibꝫ: non est qui faciat bonum.
Deus de celo ꝓspexit sup filios ho

minum : ut uideat si est intelligẽs
aut requirens deum.
Omnes declinauerunt simul inuti
les facti sunt : non est qui faciat
bonum non est usq; ad unum.
Nonne scient omnes qui operantur
iniquitatem : qui deuorant ple
bem meam ut cibum panis.
Dñm nõ inuocauerunt illic trepi
dauerũt timore : ubi nõ fuit timor.
Qm deus dissipauit ossa eorum q
hominib; placent : confusi sunt
quoniam deus spreuit eos.
Quis dabit ex syon salutare isrl
cum auerterit dominus captiui
tatem plebis sue exultabit ia
cob et letabitur isrl.

[D]eus in nomine tuo
salvum me fac: et in
virtute tua iudica me.
[D]eus exaudi orati
onem meam: auribus percipe verba
oris mei.
[Q]uoniam alieni insurrexerunt adversum
me et fortes quesierunt animam
meam: et non proposuerunt deum
ante conspectum suum.
[E]cce enim deus adiuvat me: et do
minus susceptor est anime mee.
[A]verte mala inimicis meis: in
veritate tua disperde illos.
[V]oluntarie sacrificabo tibi et confi
tebor nomini tuo domine: quoniam bonum est.
[Q]uoniam ex omni tribulatione eripu

alstu op staest eer du iet doest saltu in waer seggen
deus in nomine tuo en iij pater noster soe saltu liden dien
dach sonder scade vanden viant

isti me: et super inimicos meos
despexit oculus meus.



xaudi deus orationem
meam: et ne despexe
ris deprecationem meam:
intende mi et exaudi me.
Contristatus sum in exercitatione
mea et conturbatus sum a uoce
inimici: et a tribulatione peccatoris.
Quoniam declinauerunt in me iniquita
tes: et in ira molesti erant mi.
Cor meum conturbatum est in me:
et formido mortis cecidit super me.
Timor et tremor uenerunt super
me: et contexerunt me tenebre.
Et dixi quis dabit mi pennas sicut
columbe: et uolabo et requiescam.

ontfermeghe lijfsaghe. mer droenen sine
... deus eius miserere mei deus

Ecce elongaui fugiens: et mansi
in solitudine.
Expectabam eum qui saluū me fe
cit: a pusillanimitate spiritus
et tempestate.
Precipita domine diuide linguas
eorum: qm̄ uidi iniquitatem et
contradictionem in ciuitate.
Die ac nocte circumdabit eam su
per muros eius iniquitas: et la
bor in medio eius et iniusticia.
Et non defecit de plateis eius: usura
et dolus.
Qm̄ si inimicus meus maledixisset
michi: sustinuissem utique.
Et si is qui oderat me super me
magna locutus fuisset: abscon

dissem me forsitan ab eo.

Tu vero homo unanimis: dux me
us et notus meus.

Qui simul mecum dulces capiebas
cibos: in domo dei ambulauimus cum consensu.

Veniat mors super illos: et descen
dant in infernum uiuentes.

Quoniam nequicie in habitaculis
eorum: in medio eorum.

Ego autem ad deum clamaui: et
dominus saluabit me.

Vespere et mane et meridie narra
bo et annunciabo: et exaudiet
uocem meam.

Redimet in pace animam meam
ab hiis qui appropinquant mi:
quoniam inter multos erant mecum.

Exaudiet deus et humiliabit illos: qui est ante secula.
Non enim est illis commutatio et nõ timuerunt deum: extendit manum suam in retribuendo.
Contaminauerunt testamentum eius diuisi sunt ab ira uultus ei': et appropinquauit cor illius
Molliti sunt sermones eius super oleum: et ipsi sunt iacula.
Iacta super dominum curam tuã et ipse te enutriet: et non dabit ĩ eternum fluctuationem iusto.
Tu uero deus deduces eos: in puteum interitus.
Uiri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos: ego autẽ

sperabo in te domine.

Miserere mei ds qm con
culcauit me homo:
tota die impugnans
tribulauit me.
Conculcauerunt me inimici mei tota
die: qm multi bellantes adusu me.
Ab altitudine diei timebo: ego uero
in te sperabo.
In deo laudabo sermones meos: in
deo speraui, non timebo quid faci
at michi caro.
Tota die uerba mea execrabantur
aduersum me: omnes cogitatio
nes eorum in malum.
Inhabitabunt et abscondent: ipsi
calcaneum meum obseruabunt.

Sicut sustinuerunt animam meã
pro nichilo saluos facies illos: in
ira populos confringes.
Deus uitã meam annũciaui tibi: po
suisti lacrimas meas in conspectu tuo.
Sicut et in promissione tua: tunc con
uertentur inimici mei retrorsum.
In quacumque die inuocauero te: ecce
cognoui quoniam deus meus es.
In deo laudabo uerbum in domino
laudabo sermonem: in deo speraui
non timebo quid faciat michi homo.
In me sunt deus uota tua: que
reddam laudationes tibi.
Quoniam eripuisti animam meam de
morte et pedes meos de lapsu: ut
placeam corã deo in lumine uiuentium.



Miserere mei ds̄ miserē
mei: qm̄ in te confidit
anima mea.
Et in umbra alar
tuar sperabo: donec trāseat iniquitas.
Clamabo ad deum altissimum: de
um qui benefecit michi.
Misit de celo et liberauit me: dedit in
obprobrium conculcantes me.
Misit deus miam̄ suam et ueritatē
suam: et eripuit animā meam de
medio catulor leonū dormiui ɔturbat⁹.
Filij hominū dentes eor arma et
sagitte: et lingua eor gladius acut⁹.
Exaltare super celos deus: et in om
nem terram gloria tua.
Laqueum parauerunt pedibꝫ meis:

Die sonde dinghen jeghen eenen machtichen
man hi segghe bij war f miserere mei ds
miserere mei

et incuruauerunt animam meam.
Foderunt ante faciem meam foueam:
et inciderunt in eam.
Paratum cor meum deus paratum cor me
um: cantabo et psalmum dicam.
Exurge gloria mea exurge psalterium et
cytharam: exurgam diluculo.
Confitebor tibi in populis domine: et
psalmum dicam tibi in gentibus.
Quoniam magnificata est usque ad celos
misericordia tua: et usque ad nu
bes ueritas tua.
Exaltare super celos deus: et super omnem
terram gloria tua.
Si uere utique iusticiam
loquimini: recte iudi
cate filii hominum.

Etenim in corde iniquitates operami
ni in terra: iniusticias manus
vestre concinnant.
Alienati sunt peccatores a vulva: erra
verunt ab utero locuti sunt falsa.
Furor illis secundum similitudinē
serpentis: sicut aspidis surde et
obturantis aures suas.
Que nō exaudiet vocem incantā
tiū: et venefici incantantis sapient.
Deus conteret dentes eoꝝ in ore ipsoꝝ:
molas leonum confringet dn̄s.
Ad nichilum devenient tanquā
aqua decurrens: intendit arcū
suum donec infirmentur.
Sicut cera que fluit auferentur: sup
cecidit ignis et n̄ viderunt solem.

letabor et partibor sicimam: et con
uallem tabernaculorum metibor.
Meus est galaad et meus est manas
ses: et effraim fortitudo capitis mei.
Iuda rex meus: moab olla spei mee.
In idumeam extendam calciamen
tum meum: michi alienigene subditi sunt.
Quis deducet me in ciuitatem munitam:
quis deducet me usque in ydumeam.
Nonne tu deus qui repulisti nos: et non
egredieris deus in uirtutibus nostris.
Da nobis auxilium de tribulatione:
quia uana salus hominis.
In deo faciemus uirtutem: et ipse ad ni
chilum deducet tribu
lantes nos.
Exaudi deus deprecatio

nem meam: intende orationi mee.
A finibus terre ad te clamaui: dum anxia
retur cor meum in petra exaltasti me.
Deduxisti me quia factus es spes mea
turris fortitudinis a facie inimici.
Inhabitabo in tabernaculo tuo in
secula: protegar in uelamento alarum tuarum.
Quoniam tu deus meus exaudisti orationem
meam: dedisti hereditatem timen
tibus nomen tuum.
Dies super dies regis adicies annos
eius: usque in diem generationis et
generationis.
Permanet in eternum in conspectu
dei: misericordiam et ueritatem eius
quis requiret.
Sic psalmum dicam nomini tuo

in sclm scli: ut reddam uota mea
de die in diem.
Nonne deo subiecta erit
anima mea: ab ipso enim
salutare meum.
Nam et ipse deus m̄s
et salutaris meus: susceptor me
us non mouebor amplius.
Quousque irruitis in hominem int
ficitis uniuersi uos: tanquā parie
ti inclinato et macerie depulse.
Uerumptamen precium meum cogi
tauerunt repellere: cucurri in siti
ore suo benedicebant et corde suo
maledicebant.
Uerumptamen deo subiecta esto anima mea:
quoniam ab ipso paciencia mea.

[Q]uia ipse ds ms et salutaris ms:
adiutor meus non emigrabo.
[I]n deo salutare meū et gla mea: ds
auxilii mei et spes mea in deo est.
[S]perate in eo omnis congregatio
pli effundite coram illo corda uřa:
deus adiutor noster in eternum.
[V]erumptamen uani filii hominū
mendaces filii hominū in stateris:
ut decipiant ipsi de uanitate ī idipsm.
[N]olite sperare in iniquitate et ra-
pinas nolite concupiscere: diuicie
si affluant nolite cor apponere.
[S]emel locutus est deus duo hec au-
diui quia potestas dei est et tibi
domine misericordia: quia tu
reddes unicuiqꝫ iuxta opa sua.


eus deus meus: ad te
de luce uigilo.
Sitiuit in te anima
mea: quam multipli
ter tibi caro mea.
In terra deserta in uia et in aquosa
sic in sancto apparui tibi: ut uide
rem uirtutem tuam et gl'am tuã.
Qm melior est mi'sedia tua sup uitas:
labia mea laudabunt te.
Sic benedicam te in uita mea: et i
nomine tuo leuabo manus meas.
Sicut adipe et pinguedine repleat'
anima mea: et labijs exultatio
nis laudabit os meum.
Si memor fui tui sup stratum me
um in matutinis meditabor in

te quia fuisti adiutor meus.
Et in uelamento alarum tuarum ex
ultabo adhesit anima mea post
te: me suscepit dextera tua.
Ipsi uero in uanum quesierunt a
nimam meam: introibunt in in
feriora terre tradentur in manus
gladii partes uulpium erunt.
Rex uero letabitur in deo laudabūt
omnes qui iurant in eo: quia ob
structum ē os loquentiū iniqua.
Exaudi deus orationē
meam cum deprecor: a
timore inimici eripe
animam meam.
Protexisti me a conuentu malignā
tiū: a multitudine operantiū iniquitatē.

Quia exacuerunt ut gladium
linguas suas: intenderunt arcu
rem amaram ut sagittent in
occultis immaculatum.
Subito sagittabunt eum et non time
bunt: firmauerunt sibi sermonem nequam.
Narrauerunt ut absconderent laq
os: dixerunt quis uidebit eos.
Scrutati sunt iniquitates: defece
runt scrutantes scrutinio.
Accedet homo ad cor altum: et
exaltabitur deus.
Sagitte paruulorum facte sunt pla
ge eorum: et infirmate sunt
contra eos lingue eorum.
Conturbati sunt omnes qui uidebant
eos: et timuit omnis homo.

Et annuntiauerunt opera dei: et
facta eius intellexerunt.
Letabitur iustus in domino et spe
rabit in eo: et laudabuntur omnes
recti corde.
Te decet hymnus deus
in syon: et tibi reddetur
uotum in ierusalem.
Exaudi orationem meam: ad te
omnis caro ueniet.
Uerba iniquorum preualuerunt super nos:
et impietatibus nostris tu propitiaberis.
Beatus quem elegisti et assumpsisti:
inhabitabit in atriis tuis.
Replebimur in bonis domus tue:
sanctum est templum tuum mi
rabile in equitate.

Exaudi nos deus salutaris noster
spes omnium finium terre et in
mari longe.
Preparans montes in uirtute tua
accinctus potentia qui conturbas
profundum maris sonum fluctuum eius.
Turbabuntur gentes et timebunt
qui habitant terminos a signis
tuis exitus matutini et uespere
delectabis.
Uisitasti terram et inebriasti eam
multiplicasti locupletare eam.
Flumen dei repletum est aquis
parasti cibum illorum quoniam ita
est preparatio eius.
Riuos eius inebrians multipli
ca genimina eius in stillicidiis

eius letabitur germinans.
Benedices corone anni benignitatis
tue: et campi tui replebuntur ubertate.
Pinguescent speciosa deserti: et exul
tatione colles accingentur.
Induti sunt arietes ovium et ual
les habundabunt frumento: cla
mabunt etenim hymnum dicent.
Iubilate deo omnis terra: psalmum
dicite nomini eius: date gloriam
laudi eius.
Dicite deo quam terribilia sunt opera
tua domine: in multitudine uir
tutis tue mentientur tibi inimici tui.
Omnis terra adoret te et psallat ti
bi: psalmum dicat nomini tuo.
Venite et uidete opera dei: terribilis

in consiliis super filios hominum.
Qui convertit mare in aridam in
flumine pertransibunt pede: ibi
letabimur in ipso.
Qui dominatur in virtute sua in
eternum: oculi eius super gentes
respiciunt qui exasperant non ex
altentur in semetipsis.
Benedicite gentes deum nostrum: et audi
tam facite vocem laudis eius.
Qui posuit animam meam ad vitam:
et non dedit in commotione pedes
meos. Quoniam probasti nos
deus igne nos examinasti: sicut
examinatur argentum.
Induxisti nos in laqueum posu
isti tribulationes in dorso nostro

iposuisti homines sup capita nr̃a·
Transiuimus per ignem et aquam:
et eduxisti nos in refrigerium·
Introibo in domum tuam in holo
caustis: reddam t̃ uota mea que
distinxerunt labia mea·
Et locutum est os meum: in tribu
latione mea·
Holocausta medullata offeram t̃
cum incenso arietum: offeram t̃
boues cum hyrcis·
Venite audite et narrabo oms qui ti
metis dm̃: quanta fecit aĩe mee·
Ad ipsum ore meo clamaui: et ex
ultaui sub lingua mea·
Iniquitatem si aspexi in corde meo:
non exaudiet dominus·

Propterea exaudiuit deus: et atte
dit uoci deprecationis mee.
Benedictus deus qui non amouit ora
tionem meam et miam suã a me.



Deus misereatur nri
et benedicat nobis: il
luminet uultum suu
sup nos et misereat' nri.
Ut cognoscamus in tra uiam tuam:
in omnibz gentibz salutare tuu.
Confiteantur tibi ppli deus: confi
teantur tibi ppli omnes.
Letentur et exultent gentes quo
niam iudicas pplos in equitate:
et gentes in terra dirigis.
Confiteantur tibi ppli deus confite
antur tibi ppli omnes: terra de

dit fructum suum.
Benedicat nos deus deus nr̄ benedi
cat nos deus: et metuant eum om
nes fines terre.
Exurgat deus et dissipē
tur inimici eius: et fu
giant qui oderunt eum
a facie eius.
Sicut deficit fumus deficiant sicut
fluit cera a facie ignis: sic ꝑeant
peccatores a facie dei.
Et iusti epulentur et exultēt in cō
spectu dei: et delectēt in leticia.
Cantate deo psalmum dicite noī eī
iter facite ei qui ascendit sup occa
sum: dominus nomen illi.
Exultate in conspectu eius turbabū

tur a facie eius patris orphanoꝛ.
et iudicis uiduarum ·
Deus in loco sco suo: deus qui inha
bitare facit unius moris in domo.
Qui educit uinctos in fortitudine
similiter eos qui exasperant: qui
habitant in sepulchris ·
Deus cum egredieris in conspectu
ppli tui: cum ptransieris i deserto.
Terra mota est etenim celi distillaue
rūt a facie di synai: a facie di isrl.
Pluuiam uoluntariam segregabis
ds hereditati tue et infirmata est
tu uero perfecisti eam ·
Animalia tua habitabunt in ea:
parasti in dulcedine tua paupi ds.
Dominus dabit uerbum euange

lizantibȝ: uirtute multa.
Rex uirtutum dilecti dilecti: et speciei
domus diuidere spolia.
Si dormiatis inter medios cleros
penne columbe deargentate: et po
steriora dorsi ei in pallore auri.
Dum discernit celestis reges sup eam
niue dealbabuntur in selmon:
mons dei mons pinguis.
Mons coagulatus mons pinguis:
ut quid suspicamini montes coa
gulatos
Mons in quo beneplacitum est deo
habitare in eo: etenim dominus
habitabit in finem.
Currus dei decem milibȝ multiplex
milia letantium: dominus in

eis in syna in sancto
Ascendisti in altum cepisti captiui
tatem: accepisti dona in hominibus.
Etenim non credentes: inhabitare
dominum deum.
Benedictus dominus die cotidie pro
sperum iter faciet nobis deus sa
lutarium nostrorum.
Deus noster deus saluos faciendi: et
domini domini exitus mortis.
Uerumptamen deus confringet capi
ta inimicorum suorum: uerticem capil
li perambulantium in delictis suis.
Dixit dominus ex basan conuertam
conuertam in profundum maris.
Ut intinguatur pes tuus in sangui
ne: lingua canum tuorum ex ini

micis ab ipso.
[V]iderũt ingressus tuos deus: ingressus
dei mei regis mei qui est in sancto.
[P]revenerunt principes coniuncti psallẽ
tibus in medio iuvencularum tympanistriarum.
[I]n ecclesiis benedicite deo: domino
de fontibus israel.
[I]bi beniamin adolescentulus: in
mentis excessu.
[P]rincipes iuda duces eorum: principes
zabulon et principes neptalim.
[M]anda deus virtuti tue: confirma deus
hoc quod operatus es in nobis.
[A] templo tuo in iherusalem: tibi offe
rent reges munera.
[I]ncrepa feras harundinis congre
gatio taurorum in vaccis populorum ut

76

excludant eos qui ꝓbati ſt̄ argento.
Diſſipa gentes que bella volunt ve
nient legati ex egypto: ethyopia
preueniet manus eius deo.
Regna terre cantate deo: pſallite
domino.
Pſallite deo qui aſcendit ſuper ce
lum celi: ad orientem.
Ecce dabit voci ſue vocem virtutis
date gloriam deo ſuper iſrł: mag
nificentia eius et virtus eius in
nubibus.
Mirabilis deus in ſanctis ſuis deꝰ
iſrael ipſe dabit virtutem et for
titudinem plebis ſue: benedictus
deus.



Saluum
me fac
deus qm
intraue
runt aq
usq ad
animã
meam.
Infixus
sum in
limo p
fundi: et non est substantia.
Veni in altitudinem maris: et tẽ
pestas demersit me.
Laboraui clamans rauce facte st
fauces mee: defecerunt oculi mei
dum spero in deum meum.

Multiplicati sunt sup̄ capillos capi-
tis mei: qui oderunt me gratis.
Confortati sunt qui p̄secuti sūt me
inimici mei iniuste: que non ra-
pui tunc exsolvebam.
Deus tu scis insipientiam meam
et delicta mea a te nō st̄ abscōdita.
Non erubescant in me qui expectant
te domine: domine virtutum.
Non confundantur super me: qui
querunt te deus israel.
Qm̄ ꝓpter te sustinui obprobrium:
operuit confusio faciem meam.
Extraneus factus sum fratribꝫ meis:
et peregrinus filiis matris mee.
Qm̄ zelus domus tue comedit me:
et obprobria exprobrantiū tibi ceci-

derunt super me.
Et operui in ieiunio animā meam:
et factum est in obprobrium michi.
Et posui uestimentum meū ciliciū:
et factus sum illis in parabolam.
Aduersum me loquebantur qui se
debant in porta: et in me psalle
bant qui bibebant uinum.
Ego uero orationem meam ad te
dñe: tempus beneplaciti deus.
In multitudine misericordie tue exaudi
me: in ueritate salutis tue.
Eripe me de luto ut nō infigar: li
bera me ab hiis qui oderunt me:
et de profundis aquarum.
Non me demergat tempestas aq̄
neque absorbeat me profundum:

neque urgeat super me puteus os suum.
[E]xaudi me domine quoniam benigna est
misericordia tua: secundum multitudinem
miserationum tuarum respice in me.
[E]t ne auertas faciem tuam a pue
ro tuo: quoniam tribulor uelociter ex
audi me
[I]ntende anime mee et libera eam:
propter inimicos meos eripe me.
[T]u scis improperium meum et confu
sionem meam: et reuerentiam meam.
[I]n conspectu tuo sunt omnes qui
tribulant me: improperium expec
tauit cor meum et miseriam.
[E]t sustinui qui simul contristaretur
et non fuit: qui consolaretur et
non inueni.

Et dederunt in escam meam fel:
et in siti mea potauerunt me aceto.
Fiat mensa eorum coram ipsis in
laqueum: et in retributiones et
in scandalum.
Obscurentur oculi eorum ne uideant:
et dorsum eorum semper incurua.
Effunde super eos iram tuam et fu
ror ire tue comprehendat eos.
Fiat habitatio eorum deserta: et in ta
bernaculis eorum non sit qui inhabitet.
Quoniam quem tu percussisti persecuti sunt:
et super dolorem uulnerum meorum addi
derunt. Appone iniquitatem super
iniquitatem eorum: et non in
trent in iusticia tua.
Deleantur de libro uiuentium: et

cum iustis non scribantur.
Ego sum pauper et dolens: salus
tua deus suscepit me.
Laudabo nomen dei cum cantico:
et magnificabo eum in laude.
Et placebit deo sup uitulū nouellū:
cornua ꝑducentem et ungulas.
Videant pauperes et letentur: que
rite deum et uiuet anima ur̄a.
Qm̄ exaudiuit paupes dominus:
et uinctos suos non despexit.
Laudent illum celi et terra: mare
et omnia reptilia in eis.
Qm̄ deus saluam faciet syon: et
edificabuntur ciuitates iude.
Et inhabitabunt ibi: et heredita
te acquirent eam.

Et semen seruoꝝ eius possidebit eā:
et qui diligunt nomen eius habi
tabunt in ea.
Deus in adiutorium
meum intende: dn̄e
ad adiuuandū me festina.
Confundantur et reuereantur: qui
querunt animam meam.
Auertant̄ retrorsū et erubescant:
qui volunt michi mala.
Auertantur statim erubescentes:
qui dicunt michi euge euge.
Exultent et letentur in te omnes
qui querunt te: et dicant semꝑ
magnificetur dominus qui dili
gunt salutare tuum.
Ego uero egenus et pauꝑ sum:

Die wille doen een grote sake hi lugghe hem sijne
knien voir den outare en segghe dit vers
deus in adiutorium

deus adiuua me.
Adiutor meus et liberator meus esto
domine ne moreris.
In te domine speraui non confundar
in eternum in iusticia tua libe
ra me et eripe me.
Inclina ad me aurem tuam et
salua me.
Esto michi in deum protectorem et in locum
munitum ut saluum me facias.
Quoniam firmamentum meum et
refugium meum es tu.
Deus meus eripe me de manu peccatoris
et de manu contra legem agentis et iniqui.
Quoniam tu es patientia mea domine domine
spes mea a iuuentute mea.
In te confirmatus sum ex utero de

uentre matris mee: tu es protector
meus. In te cantatio mea semper
tanquam prodigium factus sum
multis: et tu adiutor fortis.
Repleatur os meum laude: ut
cantem gloriam tuam tota die
magnitudinem tuam.
Ne proicias me in tempore senectu
tis: cum defecerit uirtus mea ne
derelinquas me.
Quia dixerunt inimici mei michi: et
qui custodiebant animam meam
consilium fecerunt in unum.
Dicentes deus dereliquit eum: per
sequimini et comprehendite
eum: quia non est qui eripiat.
Deus ne elongeris a me: deus meus

in auxilium meum reſpice.
Confundantur et deficiant detra
hentes anime mee: operiantur
confuſione et pudore qui que
runt mala michi.
Ego autem ſemper ſperabo: et adici
am ſuper omnem laudem tuam.
Os meum annunciabit laudem
tuam: tota die ſalutare tuum.
Quoniam non cognovi litteraturam
introibo in potentias domini: domine
memorabor iuſticie tue ſolius.
Deus docuiſti me ex iuventute mea:
et uſque nunc pronunciabo mirabilia
tua. Et uſque in ſenectam et
ſenium: deus ne derelinquas me.
Donec annunciem brachium tuum.

generationi omni que uentura est.
Potentiam tuam et iusticiam tuam
deus usque in altissima que fecisti
magnalia: deus quis similis tibi.
Quantas ostendisti michi tribula
tiones multas et malas et con
uersus uiuificasti me: et de abys
sis terre iterum reduxisti me.
Multiplicasti magnificentiam tuam:
et conuersus consolatus es me.
Nam et ego confitebor tibi in uasis
psalmi: ueritatem tuam deus
psallam tibi in cythara sanctus israel.
Exultabunt labia mea cum cantauero
tibi: et anima mea quam redemisti.
Sed et lingua mea tota die medi
tabitur iusticiam tuam cum co

fusi et reuerita fuerint: qui que
runt mala michi.



eus iudicium tuum
regi da: et iusticiam tu
am filio regis.
Iudicare ppl'm tuũ
in iusticia: et pauperes tuos in
iudicio.
Suscipiant montes pacem pplo:
et colles iusticiam.
Iudicabit pauperes ppli et sal
uos faciet filios pauperum: et
humiliabit calumpniatorem.
Et pmanebit cum sole et ante lu
nam in generatione 7 generationẽ.
Descendet sicut pluuia in uellus:
et sicut stillicidia stillantia sup terã.

rietur in dieb; eius iusticia et ha
Et increpuit mare rubrū et exsiccatū
est: et deduxit eos in abyssis sicut
in deserto.
Et saluauit eos de manu odientiū:
et redemit eos de manu inimici.
Et operuit aquā tribulantes eos:
unus ex eis non remansit.
Et crediderunt uerbis eius: et lau
dauerunt laudem eius.
Cito fecerunt obliti sunt operum eius.

non sustinuerunt consilium eius.
Et ↄcupierunt ↄcupiscentiã ĩ deserto:
et temptauerunt dñm in inaquoso.
Et dedit eis petitionem ipsorum: et misit
saturitatem in animas eorum.
Et irritauerunt moysen in castris:
aaron sanctum domini.
Aperta est terra et deglutiuit dathan: et
operuit sup congregationem abiron.
Et exarsit ignis in synagoga eorum:
flamma combussit peccatores.
Et fecerunt uitulum in oreb: et ado
rauerunt sculptile.
Et mutauerunt gloriam suam: in similitu
dinem uituli comedentis fenum.
Obliti sunt dñm qui saluauit eos qui
fecit magnalia in egypto: mirabi

lia in tra cham terribilia ī mari rub̄.
t dixit ut disperderet eos si nō moy
ses electus eius stetisset in confrac
tione in conspectu eius.
t ut auerteret iram eius ne disp̄de
ret eos: et pro nichilo habuerunt
terram desiderabilem.
t crediderunt uerbo eius et murmu
rauerunt in tabernaculis suis: nō
exaudierunt uocem domini.
t eleuauit manū suam sup̄ eos: ut
psterneret eos in deserto.
t ut deiceret semen eoꝝ in nationibꝫ:
et disperderet eos in regionibꝫ.
t initiati sunt beelphegor: et come
derunt sacrificia mortuoꝝ.
t irritauerunt eum in adinuenti

onibus suis: et multiplicata est in eis
ruina. Et stetit phinees et placa
uit: et cessauit quassatio.
Et reputatum est ei ad iusticiam: in gene
ratione et generationem usque in sempit
ernum. Et irritauerunt eum ad
aquam contradictionis: et uexatus
est moyses propter eos quia exacer
bauerunt spiritum eius.
Et distinxit in labiis suis: non disperdi
derunt gentes quas dixit dominus illis.
Et commixti sunt inter gentes et
didicerunt opera eorum.
Et seruierunt sculptilibus eorum:
et factum est illis in scandalum.
Et immolauerunt filios suos: et
filias suas demoniis.

[E]t effuderunt sanguinem innocentē
sanguinem filiorꝫ suorꝫ et filiarꝫ suarꝫ
quas sacrificauerūt sculptilibꝫ chanaā.
[E]t interfecta est terra in sanguinibꝫ
et contaminata est in operibꝫ eorum.
et fornicati sunt in adinuentōībꝫ suis.
[E]t iratus est furore dn̄s in ppl'o suo: et
abhominatus est hereditatem suā.
[E]t tradidit eos in manus gentiū: et
dn̄ati sunt eorꝫ qui oderunt eos.
[E]t tribulauerunt eos inimici eorꝫ
et humiliati sunt sub manibꝫ eorꝫ:
[S]epe liberauit eos.
[I]psi autem exacerbauerunt eum ī
[c]onsilio suo: et humiliati sunt in
iniquitatibꝫ suis.
[E]t uidit cum tribularentur: et au

diuit orationem eorum.
Et memor fuit testamenti sui: et pe
nituit eum secundum multitu
dinem misericordie sue.
Et dedit eos in misericordias: in con
spectu omnium qui ceperant eos.
Saluos fac nos domine deus nr̄: et
congrega nos de nationibȝ.
Et confiteamur nomini sancto tuo:
et gloriemur in laude tua.
Benedictus dn̄s deus isrl' a sec'lo et usqȝ
in sec'lm et dicet omnis ppl's fiat fiat.



Confitemini domino qm̄
bonus: qm̄ in sec'lm mise
ricordia eius.
Dicant qui redempti
sunt a domino: quos redemit de

manu inimici: de regionibus co
gregauit eos.
A solis ortu et occasu: ab aquilone
et mari.
Errauerunt in solitudine in inaq̄
so: uiam ciuitatis habitaculi nō
inuenerunt.
Esurientes et sitientes: anima e
orum in ipsis defecit.
Et clamauerunt ad dominum cū
tribularentur: et de necessitatibꝫ
eorum eripuit eos.
Et deduxit eos in uiam rectam: ut
irent in ciuitatem habitationis.
Confiteantur dn̄o misericordie eius: et
mirabilia eius filiis hominum.
Quia satiauit aīam inanē: et ani

mam esurientem satiauit bonis.
Sedentes in tenebris et umbra mortis:
Vinctos in mendicitate et ferro.
Quia exacerbauerunt eloquia dei: et con
silium altissimi irritauerunt.
Et humiliatum est in laboribus cor
eorum: et infirmati sunt nec fu
it qui adiuuaret.
Et clamauerunt ad dominum
cum tribularentur: et de necessi
tatibus eorum liberauit eos.
Et eduxit eos de tenebris et umbra
mortis: et uincula eorum disrupit.
Confiteantur domino misericordie eius: et
mirabilia eius filiis hominum.
Quia contriuit portas ereas: et
uectes ferreos confregit.

Suscepit eos de uia iniquitatis eorum: propter
iniusticias enim suas humiliati sunt.
Omnem escam abhominata est ani
ma eorum: et appropinquauerunt
usque ad portas mortis.
Et clamauerunt ad dominum cum
tribularentur: et de necessitatibus
eorum liberauit eos.
Misit uerbum suum et sanauit eos: et
eripuit eos de interitionibus eorum.
Confiteantur domino misericordie eius: et
mirabilia eius filiis hominum.
Et sacrificent sacrificium laudis: et an
nuncient opera eius in exultatione.
Qui descendunt mare in nauibus: facie
ntes operationem in aquis multis.
Ipsi uiderunt opera domini: et mira

bilia eius filiis hominum.
Dixit et stetit spiritus procelle: et ex
altati sunt fluctus eius.
Ascendunt usque ad celos et descendunt
usque ad abyssos: anima eorum in
malis tabescebat
Turbati sunt et moti sunt sicut ebrius:
et omnis sapientia eorum deuorata est.
Et clamauerunt ad dominum cum
tribularentur: et de necessitatibus
eorum eduxit eos.
Et statuit procellam eius in auram:
et siluerunt fluctus eius.
Et letati sunt quia siluerunt: et deduxit
eos in portum uoluntatis eorum.
Confiteantur domino misericordie eius et
mirabilia eius filiis hominum.

t exaltent eum ī ecclīa plebis: et
in cathedra senioꝝ laudent eum.
osuit flumina in desertum: et exi
tus aquarum in sitim.
erram fructiferam in salsuginem.
a malicia inhabitantium in ea.
osuit desertū in stagna aqueꝝ: et t
ram sine aqua in exitus aqueꝝ.
t collocauit illic esurientes: et con
stituerunt ciuitatē habitationis.
t seminauerūt agros et plantauerūt
uineas: et fecerūt fructum natiuitatis.
t benedixit eis et multiplicati sunt
nimis: et iumenta eoꝝ nō minorauit.
t pauci facti sūt et uexati sunt: a tri
bulatione maloꝝ et dolore.
ffusa ē ꝯtentio sup̄ principes: et er

Errare fecit eos in inuio et non in uia.
Et adiuuit pauperem de inopia: et po
suit sicut oues familias.
Uidebunt recti et letabuntur: et omnis
iniquitas opilabit os suum.
Quis sapiens et custodiet hec: et in
telliget misericordias domini.
Paratum cor meum deus
paratum cor meum:
cantabo et psallam in
gloria mea.
Exurge psalterium et cythara: et
exurgam diluculo.
Confitebor tibi in populis domine: et
psallam tibi in nationibus.
Quia magna est super celos misericordia tua: et
usque ad nubes ueritas tua.

Exaltare sup celos ds : et sup omne ter
ram gl'a tua ut liberent dilecti tu.
aluum fac dextera tua et exaudi
me : Deus locutus est in sancto suo.
Exultabo et diuidam sicimam : et co
uallem tabernaculoz dimetiar.
Meus est gallaad et meus e manasses :
et effraim susceptio capitis mei.
Iuda rex m's : moab lebes spei mee.
In ydumeam extendam calciamentu
meum : m alienigene amici facti sunt.
Quis deducet me in ciuitate munita :
quis deducet me usq; in idumeam.
Nonne tu ds qui repulisti nos : et no
exibis deus in uirtutib; nostris.
Da nobis auxilium de tribulatione :
quia uana salus hominis

quod nō est recordatus facere miām.
Et psecutus ē hominē inopem et me
dicum et cōpunctū corde mortificare.
Et dilexit maledictionem et ueniet
ei. et noluit benedictionem et elonga
bitur ab eo.
Et induit maledictionē sicut uestimē
tum et intrauit sicut aqua in inte
riora eius et sicut oleum in ossib; eius.
Fiat ei sicut uestimentum quo opit'
et sic zona que semp̄ precingitur.
Hoc opus eorum qui detrahunt m
apud dominum. et qui locuntur
mala aduersus animam meam.
Et tu domine domine fac mecum
ppter nomen tuum. quia suauis
est misericordia tua.

Libera me quia egenus et pauper
ego sum: et cor meum conturbatū
est intra me.
Sicut umbra cum declinat ablat
sum: et excussus sum sicut locusta.
Genua mea infirmata sunt a ieiu
nio: et caro mea immutata est
propter oleum.
Et ego factus sum obprobrium illis.
uiderunt me et mouerūt capita sua.
Adiuua me domine deus meus:
Saluum me fac secđm miām tuā.
Et sciant quia manus tua hec: et
tu domine fecisti eam.
Maledicent illi et tu benedices: qui
insurgunt in me confundantur:
seruus autem tuus letabitur.



Confitebor tibi domine
in toto corde meo: in co~
silio iustor(um) et congregatio(n)e.
Magna op(er)a domini:
exquisita in omnes uoluntates eius.
Confessio et magnificentia opus eius:
et iusticia eius manet in s(e)c(u)l(u)m s(e)c(u)li.
Memoriam fecit mirabiliu(m) suor(um) mi
sericors et miserator dominus es
cam dedit timentib(us) se.
Memor erit in s(e)c(u)l(u)m testamenti sui:
uirtutem operum suorum an
nuntiabit p(o)p(u)lo suo.
Ut det illis hereditatem gentium:
op(er)a manuum ~~hominum~~ eius
ueritas et iudicium.
Fidelia omnia mandata eius co~

firmata in ſeculum ſeculi : facta in
ueritate et equitate.
Redemptionem miſit pp̃lo ſuo : man
dauit in eternum teſtamentum ſuũ.
Sanctum et terribile nomen eius : I
nitium ſapientie timor domini.
Intellectus bonus omnibus facientib;
eum : laudatio eius manet in ſclm ſcli.
Beatus uir qui timet do
minum : in mandatis
eius uolet nimis.
Potens in terra erit
ſemen eius : generatio rectorum
benedicetur.
Gl'a et diuitie in domo eius : et iuſti
cia eius manet in ſclm ſcli.
Exortum eſt in tenebris lumẽ rectis:

misericors et miserator et iustus.
Iocundus homo qui miseretur et
comodat disponit sermones suos
in iudicio: quia in eternum non commovebitur.
In memoria eterna erit iustus: ab
auditione mala non timebit.
Paratum cor eius sperare in domino
confirmatum est cor eius non commove
bitur: donec despiciat inimicos suos.
Dispersit dedit pauperibus iusticia eius
manet in seculum seculi: cornu eius ex
altabitur in gloria.
Peccator videbit et irascetur dentibus
suis fremet et tabescet: desideri
um peccatorum peribit.
Laudate pueri dominum:
laudate nomen domini.

Sit nomen domini benedictum : ex
hoc nunc et usqꝫ in seculum .
A solis ortu usqꝫ ad occasum : lauda
bile nomen domini .
Excelsus sup̄ omnes gentes dn̄s :
et super celos gloria eius .
Quis sicut dominus deus nr̄ qui in
altis habitat : et humilia respicit
in celo et in terra .
Suscitans a terra inopem : et de
stercore erigens pauperem .
Ut collocet eum cum principibꝫ : cū
principibꝫ ppl̄i sui .
Qui habitare facit sterilem ī domo :
matrem filiorum letantem .
In exitu isrl' de egypto : domus ia
cob de pplo barbaro .

Facta est iudea sanctificatio eius:
Israel potestas eius.
Mare uidit et fugit: iordanis conuersus est retrorsum.
Montes exultauerunt ut arietes:
et colles sicut agni ouium.
Quid est tibi mare quod fugisti: et tu
iordanis quia conuersus es retrorsum.
Montes exultastis sicut arietes: et
colles sicut agni ouium.
A facie domini mota est terra: a
facie dei iacob.
Qui conuertit petram in stagna
aquarum: et rupem in fontes aquarum.
Non nobis domine non nobis: sed
nomini tuo da gloriam.
Super misericordia tua et ueritate tua:

nequando dicant gentes ubi ē de⁹
eoꝝ. Deus autem noster in celo:
omnia quecumqȝ uoluit fecit.
Simulachra gentium argentum ⁊
aurum: opa manuum hominū.
Os habent et non loquentur: ocu
los habent et non uidebunt.
Aures habent et non audient: na
res habent et non odorabunt.
Manus habent et non palpabunt
pedes habent et non ambulabūt:
non clamabunt in gutture suo.
Similes illis fiant qui faciunt ea:
et omnes qui confidunt in eis.
Domus isrl' sperauit in dn̄o: adiutor
eorum et protector eorum est.
Domus aaron sperauit in domino:

adiutor eorum et protector eorum est.
Qui timent dominum sperauerunt in domino:
adiutor eorum et protector eorum est.
Dominus memor fuit nostri: et benedixit nobis.
Benedixit domui israel: benedixit
domui aaron.
Benedixit omnibus qui timent dominum
pusillis cum maioribus.
Adiciat dominus super uos: super
uos et super filios uestros.
Benedicti uos a domino: qui fecit
celum et terram.
Celum celi domino: terram autem
dedit filiis hominum.
Non mortui laudabunt te domine:
neque omnes qui descendunt in infernum.
Sed nos qui uiuimus benedici

mus domino: ex hoc nunc et
usque in seculum.
Dilexi quoniam exaudiet dominus:
uocem orationis mee.
Quia inclinauit au
rem suam michi: et
in diebus meis inuocabo.
Circumdederunt me dolores mortis:
et pericula inferni inuenerunt me.
Tribulationem et dolorem inueni:
et nomen domini inuocaui.
O domine libera animam meam
misericors dominus et iustus: et
deus noster miseretur.
Custodiens paruulos dominus:
humiliatus sum et liberauit me.
Conuertere anima mea in requiem tuam.

quia dominus benefecit tibi.
Quia eripuit animam meam de
morte: oculos meos a lacrimis
pedes meos a lapsu.
Placebo domino: in regione vivorum.
Credidi propter quod locu
tus sum: ego autem hu
miliatus sum nimis.
Ego dixi in excessu
meo. omnis homo mendax.
Quid retribuam domino: pro om
nibus que retribuit michi.
Calicem salutaris accipiam: et
nomen domini invocabo.
Vota mea domino reddam coram
omni populo eius: Preciosa in con
spectu domini mors sanctorum eius.



Laudate dominum om̄s
gentes: laudate eū oēs ppli.
m ꝯfirmata est sup nos mīa ei⁹.
et ueritas domini manet ī etnū.
Confitemini domino qm̄
bonus: qm̄ in seculum
misedia eius.
icat nunc isrl' qm̄
bonus: qm̄ in sclm misedia eius.
icat nunc domus aaron: qm̄ ī
seculum misedia eius.
icant nunc qui timent dnm̄:
qm̄ in sclm misedia eius.
e tribulatione inuocaui dnm̄:
et exaudiuit me ī latitudine dns.
ominus m adiutor: non time
bo quid faciat m homo

Dominus michi adiutor: et ego despi
ciam inimicos meos.
Bonum est confidere in domino:
quam confidere in homine.
Bonum est sperare in domino: quam
sperare in principibus.
Omnes gentes circuierunt me: et
in nomine domini quia ultus sum
in eos. Circumdantes circumdede
runt me: et in nomine domini
quia ultus sum in eos.
Circumdederunt me sicut apes et ex
arserunt sicut ignis in spinis: et
in nomine domini quia ultus sum in eos.
Impulsus eversus sum ut caderem:
et dominus suscepit me.
Fortitudo mea et laus mea dominus

et factus est michi in salutem·
ox exultationis et salutis: in taber
naculis iustorum·
extera dñi fecit uirtutē dextera dñi
exaltauit me: dextā dñi fecit uirtutē·
on moriar sed uiuam: et narrabo o
pera domini·
astigans castigauit me dominus:
et morti non tradidit me·
perite mi portas iusticie ingressus
in eas confitebor domino: hec porta
domini iusti intrabunt in eam·
onfitebor tibi qm̄ exaudisti me: et fac
tus es michi in salutem·
apidem quē reprobauerūt edificantes:
hic factus est in caput anguli·
domino factum est istud: et est

mirabile in oculis nris.
Hec est dies quam fecit dominus: ex
ultemus et letemur in ea.
O domine saluum me fac o domine
bene psperare: benedictus qui uen
turus est in nomine domini.
Benediximus uob de domo domini:
deus dominus et illuxit nobis.
Constituite diem sollempnem in co
densis: usqz ad cornu altaris.
Deus meus es tu et confitebor tibi:
deus meus es tu et exaltabo te.
Confitebor tibi domine qm exaudisti
me: et factus es m in salutem.
Confitemini domino qm bonus:
quoniam in seculum miscdia
eius.



Eati immaculati in
uia: qui ambulant
in lege domini.
Beati qui scrutan
tur testimonia eius: in toto corde
exquirunt eum.
Non enim qui operantur iniquita
tem: in uiis eius ambulauerunt.
Tu mandasti mandata tua: custo
diri nimis.
Utinam dirigantur uie mee: ad
custodiendas iustificationes tuas.
Tunc non confundar: cum perspexe
ro in omnibus mandatis tuis.
Confitebor tibi in directione cordis: in
eo quod didici iudicia iusticie tue.
Iustificationes tuas custodiam: n[on]

me derelinquas usquequaque.
In quo corrigit adolescentior uiam
suam: in custodiendo sermones tuos.
In toto corde meo exquisiui te: ne
repellas me a mandatis tuis.
In corde meo abscondi eloquia tua:
ut non peccem tibi.
Benedictus es domine: doce me iu
stificationes tuas.
In labiis meis pronunciaui: omnia
iudicia oris tui.
In uia testimoniorum tuorum delecta
tus sum: sicut in omnibus diuitiis.
In mandatis tuis exercebor: et
considerabo uias tuas.
In iustificationibus tuis meditabor:
non obliuiscar sermones tuos.

Retribue seruo tuo ui
uifica me: et custodiã
sermones tuos.
Reuela oculos me
os et considerabo: mirabilia de le
ge tua.
Incola ego sum in terra: non absco
das a me mandata tua.
Concupiuit anima mea desiderare:
iustificationes tuas in omni tempore
Increpasti superbos: maledicti qui
declinant a mandatis tuis.
Aufer a me obprobrium et contemptũ:
quia testimonia tua exquisiui.
Etenim sederunt principes et ad
uersum me loquebantur: seruus
autem tuus exercebatur in iu

ſtificationibus tuis.
Nam et teſtimonia tua meditatio
mea eſt: et conſilium meum iu
ſtificationes tue.
Adheſit pauimento a
nima mea: uiuifica
me ſcdm uerbũ tuum.
Vias meas enuntiaui et exaudiſti
me: doce me iuſtificationes tuas.
Viam iuſtificationũ tuarum ĩſtrue
me: et exercebor ĩ mirabilib; tuis.
Dormitauit anima mea pre tedio:
confirma me in uerbis tuis
Viam iniquitatis amoue a me:
et de lege tua miſerere mei.
Viam ueritatis elegi: iudicia tua
non ſum oblitus.

Adhesi testimonijs tuis domine:
noli me confundere.
Viam mandatorum tuoz cucurri:
cum dilatasti cor meum.
Legem pone michi domine
uiam iustificationum
tuarum: et exquiram
eam semper.
Da michi intellectum et scrutabor le-
gem tuam: et custodiam illam
in toto corde meo.
Deduc me in semita mandatoz
tuoz: quia ipsam uolui.
Inclina cor meum in testimonia
tua: et non in auariciam.
Auerte oculos meos ne uideant ua-
nitatem: in uia tua uiuifica me.

Statue ſeruo tuo eloquium tuū:
in timore tuo.
Amputa obprobrium meū qđ ſuſpi
catus ſum: quia iudicia tua iocūda.
Ecce concupiui mandata tua: in
equitate tua uiuifica me.
Et ueniat ſuper me miſericordia
tua domine: ſalutare
tuum ſecundum elo
quium tuum.
Et reſpondebo exprobrantibꝫ michi
uerbum: quia ſperaui in ſermo
nibus tuis.
Et ne auferas de ore meo uerbum
ueritatis uſquequaque: quia in
iudiciis tuis ſuperſperaui.
Et cuſtodiam legem tuam ſemper:

in seculum et in sclm scli.
Et ambulabam in latitudine: qa
mandata tua exquisiui.
Et loquebar de testimoniis tuis
in conspectu regum: et n̄ confunde
bar. Et meditabar in man
datis tuis que dilexi.
Et leuaui manus meas ad mā
data tua que dilexi: et exerce
bor in iustificationibus tuis.
Memor esto uerbi tui
seruo tuo: in quo mi
spem dedisti.
Hec me consola
ta est in humilitate mea: qa
eloquium tuū uiuificauit me.
Superbi inique agebant usquequaque:

A lege autē tuā nō declinaui·
Memor fui iudiciorū tuorū a sclo do
mine· et consolatus sum·
Defectio tenuit me p peccatoribꝫ· de
relinquentibꝫ legem tuam·
Cantabiles m erant iustificati
ones tue· in loco peregrinationis
mee· Memor fui nocte nominis
tui domine· et custodiui legē tuā·
Hec facta est michi· quia iustifi
cationes tuas exquisiui·
Portio mea domine·
dixi custodire legē tuā·
Deprecatus sum fa
ciem tuam in toto cor
de meo· miserere mei secundum
eloquium tuum·

Cogitaui uias meas et cõuerti pedes
meos: in testimonia tua.
Paratus sum et nõ sum turbatus:
ut custodiam mandata tua.
Funes peccatorum circumplexi
sunt me: et legem tuam non
sum oblitus.
Media nocte surgebam ad confitẽ
dum tibi: super iudicia iustifi
cationis tue.
Particeps ego sum omniũ timentiũ
te: et custodientiũ mandata tua.
Misericordia tua dñe plena est tra: iu
stificationes tuas doce me.
Bonitatem fecisti cum
seruo tuo domine: secdm
uerbum tuum.

Bonitatē et disciplinā et scientiā
doce me: quia mandatis tuis cre
didi. Priusquam humiliarer
ego deliqui: propterea eloquiū tuū
custodiui.
Bonus es tu: et in bonitate tua do
ce me iustificationes tuas.
Multiplicata est super me iniquitas
superborum: ego autem in toto
corde scrutabor mandata tua.
Coagulatum est sicut lac cor eorum:
ego uero legem tuā meditatus sum.
Bonum michi quia humiliasti me: ut
discam iustificationes tuas.
Bonum michi lex oris tui: super
milia auri et argenti.



Manus tue fecerūt me
et plasmauerunt me:
da mi intellectum ut
discā mandata tua.
Qui timent te uidebunt me et leta
buntur: q̄a in ūba tua supsperaui.
Cognoui dn̄e quia equitas iudicia
tua: et ī ueritate tua humiliasti me.
Fiat mīa tua ut cōsoletur me: scd̄m
eloquium tuum seruo tuo.
Ueniant m̄ miserationes tue ⁊ uiuā:
quia lex tua meditatio mea est.
Confundantur supbi quia iniuste
iniquitatem fecerunt in me: ego
autem exercebor ī mandatis tuis.
Conuertantur in timentes te: et q
nouerunt testimonia tua.

Fiat cor meu[m] inmaculatum in iusti
ficationib[us] tuis: ut no[n] confundar.



Defecit in salutare tu
um anima mea: et
in verbum tuum su
persperavi.

Defecerunt oculi mei in eloquiu[m] tuu[m]
dicentes: quando consolaberis me.
Quia factus sum sicut uter i[n] pruina:
iustificationes tuas no[n] su[m] oblit[us].
Quot s[un]t dies servi tui: quando facies
es de p[er]sequentib[us] me iudicium.
Narraverunt m[ihi] iniqui fabulati
ones: sed non ut lex tua.
Omnia mandata tua veritas: iniq[ui]
p[er]secuti sunt me adiuva me.
Paulominus consummaverunt

me in terra: ego autem non dere
liqui mandata tua.
Scdm misediam tuam uiuifica me:
et custodiam testimonia oris tui.
In eternum domine: uerbum tu
um permanet in celo.
In generatione et generatione ue
ritas tua: fundasti trā ⁊ pmanet.
Ordinatione tua pseuerat dies:
qm omnia seruiunt tibi.
Nisi qd' lex tua meditatio mea est:
tūc forte perisse in humilitate mea.
In eternum nō obliuiscar iustifica
tiones tuas: quia i ipis uiuificasti
me. Tuus sum ego saluum me
fac: qm iustificationes tuas exquisiui.
Me expectauert pccores ut pderēt me:

Testimonia tua intellexi.
Omnis consummationis uidi finem
latum: mandatum tuum nimis.
Quomodo dilexi legem
tuam domine: tota die
meditatio mea est.
Super inimicos meos
prudentem me fecisti mandato tuo:
quia in eternum michi est.
Super omnes docentes me intellexi: quia
testimonia tua meditatio mea est.
Super senes intellexi: quia manda
ta tua quesiui.
Ab omni uia mala prohibui pedes
meos: ut custodiam uerba tua.
Iudiciis tuis non declinaui: quia
tu legem posuisti michi.

uam dulcia faucibz meis eloquia
tua: super mel ori meo
mandatis tuis intellexi: propterea
odiui omnem uiam iniquitatis
ucerna pedibz meis uer
bum tuum: et lumen
semitis meis.
uraui et statui custodire: iudicia
a iusticie tue.
umiliatus sum usquequaque dne:
uiuifica me sedm uerbum tuu.
oluntaria oris mei beneplacita
fac dne: et iudicia tua doce me.
nima mea in manibz meis sep.
et legem tuam non sum oblitus.
osuerunt peccatores laqueum m.
et de mandatis tuis non erraui.

Hereditate acquisiui testimonia
tua in eternum: quia exultatio
cordis mei sunt.
Inclinaui cor meum ad faciendas
iustificationes tuas in eternum:
propter retributionem
Iniquos odio habui: et legem
tuam dilexi.
Adiutor et susceptor meus es tu:
et in uerbum tuum supersperaui.
Declinate a me maligni: et scruta
bor mandata dei mei.
Suscipe me secundum eloquium
tuum et uiuam: et non confundas
me ab expectatione mea.
Adiuua me et saluus ero: et medita
bor i iustificationibus tuis semper.

Spreuisti omnes discedentes a iudi-
ciis tuis: qa iniusta cogitatio eor.
reuaricantes reputaui omnes pec-
catores terre: ideo dilexi testimonia
tua. onfige timore tuo carnes
meas: a iudiciis enũ tuis timui.
Fci iudicium et iusti-
ciam: non tradas me
calumpniantibꝫ me.
uscipe seruũ tuũ
in bonum: nõ calũpnientur me superbi.
culi mei defecerũt in salutare tuũ:
et in eloquium iusticie tue.
ac cũ seruo tuo scdm miiam tuam:
et iustificationes tuas doce me.
eruus tuus sum ego da m̄i intellec-
tum: ut sciam testimonia tua.

Tempus faciendi domine : dissipa
uerunt legem tuam.
Ideo dilexi mandata tua : sup au
rum et topazion.
Propterea ad omnia mandata tua
dirigebar : omnem uiam iniquã
odio habui.
Mirabilia testimonia
tua domine : ideo scru
tata est ea aĩa mea.
Declaratio sermonum tuorum illu
minat : et intellectũ dat pulis.
Os meũ apui et attraxi spm̃ : quia
mandata tua desiderabam.
Aspice i me et miserere mei : sedm
Iudiciũ diligentium nomẽ tuum.
Gressus meos dirige secundum elo

quium tuum: et non domine
tur mei omnis iniusticia.
Redime me a calumpniis hominum:
ut custodiam mandata tua.
Faciem tuam illumina super seruum
tuum: et doce me iustificationes tuas.
Exitus aquarum deduxerunt oculi mei:
quia non custodierunt legem tuam.
Iustus es domine: et rectum
iudicium tuum.
Mandasti iusticiam testimonia
tua: et ueritatem tuam nimis.
Tabescere me fecit zelus meus: quia
obliti sunt uerba tua inimici mei.
Ignitum eloquium tuum uehe
menter: et seruus tuus dilexit illud.
Adolescentulus sum ego et contemp

tus: iustificationes tuas non
sum oblitus.
Iusticia tua iusticia in eternū:
et lex tua ueritas.
Tribulatio et angustia inuene
runt me: mandata tua medi
tatio mea est.
Equitas testimonia tua in eternū:
intellectum da m et uiuam.
Clamaui in toto corde
exaudi me domine:
iustificationes tu
as requiram.
Clamaui ad te saluum me fac:
ut custodiam mandata tua.
Preueni in maturitate et cla
maui: in uerba tua supersperaui.

Preuenerunt oculi mei ad te di
luculo: ut meditarer eloquia tua.
Vocem meam audi secundum misericordiam
tuam domine: et secundum iu
dicium tuum uiuifica me.
Appropinquauerunt persequentes
me iniquitati: a lege autem tua
longe facti sunt.
Prope esto domine: et omnes uie
tue ueritas.
Initio cognoui de testimoniis tuis:
quia in eternum fundasti ea.
Vide humilitatem me
am et eripe me: quia
legem tuam non
sum oblitus.
Iudica iudicium meum et redime me:

Propter eloquium tuum uiuifica me.
Longe a peccatoribus salus: quia iusti
ficationes tuas non exquisierunt.
Misericordie tue multe domine: secundum
iudicium tuum uiuifica me.
Multi qui persecuntur me et tribulant me:
a testimoniis tuis non declinaui.
Vidi preuaricantes et tabescebam: quia
eloquia tua non custodierunt.
Vide quoniam mandata tua dilexi domine:
in misericordia tua uiuifica me.
Principium uerborum tuorum ueritas: in eter
num omnia iudicia iustitie tue.



Principes persecuti sunt
me gratis: et a uerbis
tuis formidauit cor
meum.

Letabor ego sup eloquia tua: sicut
qui inuenit spolia multa.
Iniquitatē odio habui et abhomina
tus sum: legem autem tuam dilexi.
Septies in die laudem dixi tibi: sup
iudicia iusticie tue.
Pax multa diligentibus legem tuā:
et non est illis scandalum.
Expectabam salutare tuum dn̄e:
et mandata tua dilexi.
Custodiuit anima mea testimonia
tua: et dilexit ea uehementer.
Seruaui mandata tua et testimo
nia tua: quia omnes uie mee in
conspectu tuo.
Appropinquet deprecatio
mea in conspectu tuo do

mine: iuxta eloquium tuum
da michi intellectum.
Intret postulatio mea in conspec
tu tuo: ſcdm eloquiũ tuũ eripe
me. Eructabunt labia mea
hymnum: cum docueris me iu
ſtificationes tuas.
Pronũtiabit lingua mea eloquiũ
tuũ: quia omnia mandata tua e
quitas. Fiat manus tua ut
ſaluet me: quõ mandata tua elegi
Concupiui ſalutare tuum domine:
et lex tua meditatio mea est.
Uiuet anima mea et laudabit te:
et iudicia tua adiuuabunt me.
Erraui ſicut ouis que periit: que
re ſeruum tuum domine quia

mandata tua non sum oblitus.
Ad dominum cum tri
bularer clamaui: et
exaudiuit me.
Domine libera animam
meam a labiis iniquis: et a lin
gua dolosa.
Quid detur tibi aut quid apponatur
tibi: ad linguam dolosam.
Sagitte potentis acute: cum car
bonibus desolatoriis.
Heu michi quia incolatus meus pro
longatus est: habitaui cum ha
bitantibus cedar: multum incola
fuit anima mea.
Cum hiis qui oderunt pacem e
ram pacificus: cum loquebar

illis impugnabant me gratis.
Leuaui oculos meos in
montes: unde ueniet
auxilium michi.
Auxilium meum a domino: qui
fecit celum et terram.
Non det in ꝯmotionem pedem tuū:
neqꝫ dormitet qui custodit te.
Ecce non dormitabit neqꝫ dormiet:
qui custodit israel.
Dn̄s custodit te dominus ꝓtectio
tua: sup manū dexteram tuam.
Per diem sol non uret te: neqꝫ lu
na per noctem.
Dominus custodit te ab omni ma
lo: custodiat animam tuam dn̄s.
Dn̄s custodiat introitū tuum et

Exitū tuum: ex hoc nunc et usq;
in seculum.
Letatus sum in hiis que
dicta sunt michi: in
domum domini ibimus.
Stantes erant pedes nostri: in atri
is tuis iherusalem.
Iherlm que edificatur ut civitas:
cuius participatio eius in idipm.
Illuc enim ascenderunt trib; trib;
domini: testimonium isrl ad con
fitendum nomini domini.
Quia illic sederunt sedes in iudicio:
sedes super domum david.
Rogate que ad pacem sunt iherlm:
et habundantia diligentib; te.
Fiat pax in virtute tua: et habū

dantia in turrib; tuis.
Propter fratres meos et proximos
meos: loquebar pacem de te.
Propter domum domini dei nostri:
quesivi bona tibi.
Ad te levavi oculos me-
os: qui habitas i celis.
Ecce sicut oculi ser-
vorum: in manib;
dominorum suorum.
Sicut oculi ancille in manib; do-
mine sue ita oculi nri ad dnm
deum nrm: donec misereatur nri.
Miserere nri dne miserere nri: quia mul-
tum repleti sumus despectione.
Quia multum repleta est anima
nra: obprobrium habundantib;

Die wille datten god ver-volle sine begherte
in goeden dinghen hi seghe x warf x daghe
ate leuaui

et deſpectio ſuperbis.



Niſi quia dominus erat
in nobis. dicat nunc
iſrl' niſi quia dominus
erat in nobis
Cum exſurgerent homines in nos.
forte uiuos deglutiſſent nos.
Cum iraſceretur furor eorum in nos.
forſitan aqua abſorbuiſſet nos.
Torrentem pertranſiuit anima noſtra.
forſitan pertranſiſſet anima noſtra
aquam intollerabilem.
Benedictus dominus qui non dedit nos
in captionem dentibus eorum.
Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt
de laqueo uenantium
Laqueus contritus eſt: et nos li

berati ſumus.
Adiutorium nr̄m in nomine dn̄i:
qui fecit celum et terram.



Qui confidunt in dn̄o
ſicut mons ſyon nō
mouebitur in eter
num: qui habitat
in iheruſalem.
Montes in circuitu eius et dominus
in circuitu p̄p̄li ſui: ex hoc nunc
et uſque in ſeculum.
Quia non relinquet dominus uir
gam peccatorum ſup ſortem iuſtorum:
ut non extendant iuſti ad iniqui
tatem manus ſuas.
Benefac dn̄e: bonis et rectis corde.
Declinantes autem in obligatio

nes adducet dominus cum ope
rantibꝫ iniquitatem: pax ſup iſrł.
In conuertendo dominus capti
uitatem ſyon: facti ſumus ſicut
conſolati. Tunc repletum eſt
gaudio os noſtrum: et lingua
nrā exultatione.
Tunc dicent inter gentes: mag
nificauit dn̄s facere cum eis.
Magnificauit dominus facere no
biſcum: facti ſumus letantes.
Conuertere dn̄e captiuitatem
noſtram: ſicut torrens in auſtro.
Qui ſeminant in lacrimis: in ex
ultatione metent.
Euntes ibant et flebant: mit
tentes ſemina ſua.

Venientes autē uenient cū exul
tatione: portantes manipl'os suos.



Nisi dominus edificaue
rit domum: inuanum
laborauerunt qui edi
ficant eam.
Nisi dominus custodierit ciuitatē:
frustra uigilat qui custodit eā.
Vanum est uobis ante lucem sur
gere: surgite postquam sederitis
qui manducatis panem doloris.
Cum dederit dilectis suis sompnū:
ecce hereditatis domini filii mer
ces fructus uentris.
Sicut sagitte in manu potentis:
ita filii excussorum.
Beatus uir qui impleuit desideri

num suum ex ipsis : non confunde
tur cum loquetur inimicis suis in
porta .

Beati omnes qui timent
dominum : qui ambu
lant in uiis eius

Labores manuum tuarum quia mandu
cabis : beatus es et bene tibi erit.
Uxor tua sicut uitis habundans :
in lateribus domus tue.
Filii tui sicut nouelle oliuarum :
in circuitu mense tue.
Ecce sic benedicetur homo : qui ti
met dominum.
Benedicat tibi dominus ex syon : ut
uideas bona iherusalem : omnibus die
bus uite tue.

Et uideas filios filiorum tuorum:
pacem super isrł.
Sepe expugnauerunt me
a iuuentute mea: di
cat nunc isrł.
Sepe expugnauerūt
me a iuuentute mea: etenim nō
potuerunt michi.
Supra dorsum meū fabricauerūt
peccatores: plongauerunt ini
quitatem suam.
Dominus iustus concidet ceruices
peccatorum: confundantur et
conuertantur retrorsum: omnes
qui oderunt syon.
Fiant sicut fenum tectorum:
qđ priusquam euellatur exaruit.

Ne quo non impleuit manum
suam qui metet: et sinum su-
um qui manipulos colliget.
Et non dixerunt qui preteribant
benedictio domini sup uos: bene
diximus uobis in nomine dñi.



De pfundis clamaui
ad te domine domine
exaudi uocem meã.
Fiant aures tue
intendentes: in uocem depre
cationis mee.
Si iniquitates obseruaueris dñe
domine quis sustinebit.
Quia apud te ppiciatio est: et ppt
legem tuam sustinui te dñe.
Sustinuit anima mea in uerbo

eius: Sperauit anima mea i dño.
A custodia matutina usqꝫ ad nocte.
Speret israel in domino.
Quia apud dominum mīa et co
piosa: apud eum redemptio.
Et ipse redimet israel: ex omnibꝫ
iniquitatibus eius.



Domine non est exal
tatum cor meum: neqꝫ
elati sunt oculi mei.
Neqꝫ ambulaui in
magnis: neqꝫ in mirabilibus
super me.
Si non humiliter sentiebam: sed
exaltaui animam meam.
Sicut ablactatum est sup matre
sua: ita retributio i anima mea.

Speret israel in domino: ex hoc
nunc et usque in seculum.
Memento domine dauid:
et omnis mansuetu
dinis eius.
Sicut iurauit dño:
uotum uouit deo iacob.
Si introiero in tabernaculū domus
mee: si ascendero in lectū strati mei.
Si dedero sompnum oculis meis: et
palpebris meis dormitationem.
Et requiem temporibus meis donec
inueniam locum domino: taber
naculum deo iacob.
Ecce audiuimus eam in effrata: in
uenimus eam in campis silue.
Introibimus in tabernaculū eius: ado

rabimus ĩ loco ubi steterũt pedes ei.
Surge domine in requiem tuam: tu
et archa sanctificationis tue.
Sacerdotes tui induantur iusticiã:
et sancti tui exultent.
Propter dauid seruum tuum: non
auertas faciem xp̄i tui.
Iurauit dominus dauid ueritatẽ
et non frustrabitur eum: de fruc
tu uentris tui ponã sup sedẽ tuã.
Si custodierint filii tui testamẽtũ
meum: et testimonia mea hec
que docebo eos.
Et filii eorum usq in seculum:
sedebunt super sedem tuam.
Quoniam elegit dominus syon:
elegit eam in habitationẽ sibi.

Hec requies mea in seculum seculi: hic
habitabo quoniam elegi eam.
Viduam eius benedicens benedicam:
Pauperes eius saturabo panibus.
Sacerdotes eius induam salutari:
Et sancti eius exultatione exultabunt.
Illuc producam cornu david: pa
raui lucernam xpo meo.
Inimicos eius induam confusione:
Super ipsum autem efflorebit sanctifi
catio mea.
Ecce quam bonum et quam
iocundum: habitare
fratres in unum.
Sicut ungentum in capite: quod
descendit in barbam barbam aaron.
Quod descendit in oram uestimenti

eius. Sicut ros hermon qui descē
dit in montem syon.
Qm̄ illic mandauit dominus bene
dictionē. et uitam usq; in seclm̄.
Ecce nunc benedicite do
minū omnes serui dn̄i.
Qui statis in domo
domini in atriis do
mus dei nostri.
In noctibus extollite manus uras̄
in sancta. et benedicite domino.
Benedicat tibi dominus ex syon
qui fecit celum et terram.
Laudate nomen do
mini laudate serui
domini.
Qui statis in domo domini in a

triis domus dei nostri.
Laudate dominum quia bonus dominus:
psallite nomini eius quoniam suave est.
m iacob elegit sibi dominus: israel
in possessionem sibi.
uia ego cognovi quod magnus est dominus:
et deus noster pre omnibus diis.
mnia quecumque voluit dominus fecit in celo
et in terra: in mari et in omnibus abyssis.
ducens nubes ab extremo terre:
fulgura in pluviam fecit.
ui producit ventos de thesauris
suis qui percussit primogenita
egypti: ab homine usque ad pecus.
misit signa et prodigia in medio tui
egypte: in pharaonem et in om
nes servos eius.

Qui percussit gentes multas: et occi
dit reges fortes.
Seon regem amorreorum et og regẽ
basan: et omnia regna chanaan.
Et dedit terram eorum hereditatem:
hereditatem isrl' ppło suo.
Domine nomen tuum in eternum:
domine memoriale tuum in gene
ratione et generationem.
Quia iudicabit dn̄s ppłm suum: et
in servis suis deprecabitur.
Simulachra gentiū argentum et
aurum: opa manuū hominum.
Os habent et non loquentur: oculos
habent et non videbunt.
Aures habent et non audient: neq;
enim est spiritus in ore ipsoꝝ.

Similis illis fiant qui faciunt ea:
et omnes qui confidunt in eis.
Domus israel benedicite domino: do
mus aaron benedicite domino.
Domus leui benedicite domino: qui
timetis dominum benedicite domino.
Benedictus dominus ex syon: qui
habitat in iherusalem.
Confitemini domino quoniam
bonus: quoniam in eternum
misericordia eius.
Confitemini deo deorum: quoniam.
Confitemini domino dominorum quoniam.
Qui facit mirabilia magna solus quoniam.
Qui fecit celos in intellectu quoniam.
Qui firmauit terram super aquas. quoniam.
Qui fecit luminaria magna quoniam.

Solem in potestatem diei qm̄.
Lunam et stellas in potestatē noctis qm̄.
Qui percussit egyptum cum p̄mogenitis eorum q.
Qui eduxit isrl' de medio eorum qm̄.
In manu potenti et brachio excelso qm̄.
Qui diuisit mare rubrum in diuisiones qm̄.
Et eduxit isrl' per medium eius qm̄.
Et excussit pharaonem et uirtutem
eius in mari rubro. qm̄.
Qui traduxit p̄pl'm suū p desertū qm̄.
Qui percussit gentes multas. qm̄.
Et occidit reges fortes. qm̄.
Seon regem amorreorum qm̄.
Et og regem basan qm̄.
Et dedit terram eorum hereditatem qm̄.
Hereditatem isrl' seruo suo qm̄.
Quia in humilitate nr̄a: memor fuit nr̄i.

Et redemit nos ab inimicis nris qm
Qui dat escam omni carni. qm
Confitemini deo celi. qm
Confitemini domino dominorum: qm
In eternum misericordia eius.

Super flumina babilonis
illic sedimus et fleui
mus: dum recordare
mur syon.
In salicibus in medio eius: suspen
dimus organa nra.
Quia illic interrogauerunt nos q
captiuos duxerunt nos uerba cantionum.
Et qui abduxerunt nos hymnum
cantate nobis: de canticis syon.
Quomodo cantabimus canticum do
mini: in terra aliena.

Si oblitus fuero tui ierusalem: obliui
oni detur dexteram mea.
Adhereat lingua mea faucibus meis:
si non meminero tui
Si non proposuero ierusalem: in
principio letitie mee.
Memor esto domine filiorum edom:
in die ierusalem
Qui dicunt exinanite exinanite:
usque ad fundamentum in ea.
Filia babilonis misera: beatus qui
retribuet tibi retributionem tuam:
quam retribuisti nobis.
Beatus qui tenebit: et allidet paruulos
suos ad petram.



Confitebor tibi domine
in toto corde meo: quoniam

audisti uerba oris mei·
In conspectu angelorum psallam tibi:
adorabo ad templum sanctum tuum:
et confitebor nomini tuo·
Super misericordia tua et ueritate tua: quoniam
magnificasti super omne nomen sanctum tuum.
In quacumque die inuocauero te exaudi
me: multiplicabis in anima mea uirtutem·
Confiteantur tibi domine omnes reges terre:
quia audierunt omnia uerba oris tui·
Et cantent in uiis domini: quoniam
magna est gloria domini·
Quoniam excelsus dominus et humilia respicit:
et alta a longe cognoscit·
Si ambulauero in medio tribula
tionis uiuificabis me: et super
iram inimicorum meorum extendisti

manū tuā et saluū me fecit dextera tua.
Dominus retribuet pro me domine
misericordia tua in seculum: opera ma
nuum tuarum ne despicias.
Domine probasti me et
cognouisti me: tu cog
nouisti sessionē meam
et resurrectionē meam.
Intellexisti cogitationes meas de
longe: semitam meam et funicu
lum meum inuestigasti.
Et omnes uias meas preuidisti: quia
non est sermo in lingua mea.
Ecce domine tu cognouisti omnia
nouissima et antiqua: tu formasti
me et posuisti super me manum tuā.
Mirabilis facta est scientia tua ex

me: confortata est et n̄ potero ad ea-
uo ibo a spiritu tuo: et quo a facie
tua fugiam
i ascendero in celum tu illic es: si
descendero ad infernum ades.
i sumpsero pennas meas diluculo:
et habitauero in extremis maris.
tenim illuc manus tua deducet me:
et tenebit me dextera tua.
t dixi forsitan tenebre conculcabunt me:
et nox illuminatio mea in delicijs meis.
uia tenebre non obscurabuntur a te:
et nox sicut dies illuminabitur sic
tenebre eius ita et lumen eius.
uia tu possedisti renes meos: susce
pisti me de utero matris mee.
onfitebor tibi quia terribiliter mag

nificatus es mirabilia opera tua:
et anima mea cognoscet nimis.
Non est occultatum os meum a te
quod fecisti in occulto: et substan
tia mea in inferioribus terre.
Imperfectum meum viderunt oculi tui
et in libro tuo omnes scribentur
dies formabuntur et nemo in eis.
Michi autem nimis honorificati sunt
amici tui deus: nimis confortatus
est principatus eorum.
Dinumerabo eos et super arenam multi
plicabuntur: exurrexi et adhuc sum tecum.
Si occideris deus peccatores: viri san
guinum declinate a me.
Quia dicitis in cogitatione: accipi
ent in vanitate civitates suas.

Nonne qui oderunt te dñe oderam:
et super inimicos tuos tabescebam.
Perfecto odio oderam illos: inimi
ci facti sunt michi.
Proba me domine et scito cor meũ:
interroga me et cognosce semitas
meas.
Et uide si uia iniquitatis in me ẽ:
et deduc me in uia eterna.
Eripe me domine ab
homine malo: a uiro
iniquo eripe me.
Qui cogitauerunt
iniquitates in corde: tota die con
stituebant prelia.
Acuerunt linguas suas sicut ser
pentes: uenenũ aspidũ sub labijs
eorũ

Custodi me domine de manu peccatoris:
Ab hominibus iniquis eripe me.
Qui cogitauerunt supplantare gressus
meos: absconderunt superbi laqueum mi-
Et funes extenderunt in laqueum:
iuxta iter scandalum posuerunt m-
Dixi domino deus meus es tu: exaudi
domine uocem deprecationis mee.
Domine domine uirtus salutis mee: obum-
brasti super caput meum in die belli.
Ne tradas domine a desiderio meo
peccatori: cogitauerunt contra me
ne derelinquas me ne forte exaltentur.
Caput circuitus eorum: labor la-
biorum ipsorum operiet eos.
Cadent super eos carbones in ignem de-
icies eos in miseriis non subsistent.

Vir linguosus non dirigetur in ter:
uirum iniustum mala capient
in interitu.
Cognoui quia faciet dns iudiciū
inopis: et uindictam pauperum.
Verumptamen iusti confitebunt
nomini tuo: et habitabunt rec
ti cum uultu tuo.
Domine clamaui ad
te exaudi me: intende
uoci mee cum clama
uero ad te.
Dirigatur oratio mea sicut incen
sum in conspectu tuo: eleuatio
manuum mearum sacrificiū
uespertinum.
Pone domine custodiam ori meo:

tu cognouisti semitas meas.
In uia hac qua ambulabam: ab
sconderunt laqueum michi.
Considerabam ad dexteram et uidebam
et non erat qui cognosceret me.
Periit fuga a me: et non est qui re
quirat animam meam.
Clamaui ad te domine dixi tu es spes mea:
portio mea in terra uiuentium.
Intende ad deprecationem meam: quia
humiliatus sum nimis.
Libera me a persequentibus me: quia
